

Georg von Trapezunt²⁾ widmet NvK seine Übersetzung des ‚Parmenides‘ von Platon. In einer Vorrede erklärt er den Titel des Werkes und lobt Stil und dialektische Arbeitsweise Platons. Er rühmt zudem die Verdienste und Tugenden des NvK und die Affinität seines Denkens zum platonischen.

Or. (aut.): VOLTERRA, *Bibl. Comunale Guarnacciana*, Cod. 6201 f. 61^{rv}.³⁾

Druck: Klibansky, *Plato's Parmenides* 11f. (nach der Transskription von Ludwig Bertalot); Garin, *Ricerche* 372f.; Monfasani, *Collectanea Trapezuntiana* 303f.; Bormann, *Randnoten* 332f.; Ruocco, *Platone latino* 35f., 86.

Erw.: Klibansky, *Plato's Parmenides* 10; Kristeller, *Iter Italicum II* 309; Monfasani, *George of Trebizond* 167-170; Monfasani, *Collectanea Trapezuntiana* 303, 747f.; Monfasani, *Pseudo-Dionysius the Areopagite* 206; Senger, *Aristotelismus* 77; J. Hankins, *Plato in the Italian Renaissance (Columbia Studies in the Classical Tradition 17)*, 2 Bde., Leiden u.a. 1990, 186, 378, 431, 476f., 736; Monfasani, *Byzantines and the Greek Language* 221-248; F. Bacchelli, in: A. Cuna u.a. (Hg.), *Bessarione e l'Umanesimo. Catalogo della mostra (Istituto italiano per gli studi filosofici. Saggi e ricerche 1)*, Neapel 1994, 463; B. Lotti, *Cultura filosofica di Bessarione. La tradizione platonica*, in: ebd. 78-103, hier 80; Ruocco, *Platone latino* 21-23; J. Monfasani, *Rezensien zu Ruocco, Platone latino*, in: *Renaissance Quarterly* 57 (2004) 1360-1362; M.J.B. Allen, *Marsilio Ficino as a Reader of Proclus and Most Notably of Proclus' „In Parmenidem“*, in: A. Frazer/P. Nold (Hg.), *Essays in Renaissance thought and letters. In honor of John Monfasani (Brill's studies in intellectual history 241)*, Leiden u.a. 2015, 179-195, hier 181; Halff, *Pope's Agents* 97f.

Ad reverendissimum in Christo patrem et dominum Nicolaum tituli sancti Petri ad vincula presbiterum cardinalem, apostolice sedis legatum, Georgii Trapezuntii in Parmenidis Platonis translationem prefatio.

Traduxi his diebus, pater optime, de Greco in Latinum Platonis ‚Parmenidem‘ vel ‚de ideis‘. Hac enim duplici librum ipse inscriptione insignivit, quarum altera materiam respicit, altera virum, cui disserendi
5 summa committitur, ostendit, quod facere solet fere semper Plato.⁴⁾ Fuit autem Parmenides⁵⁾, vir omnium temporibus suis in philosophia clarissimus, ante Platonis tempora annis circiter lx. Nam adolescente Socrate senex iam erat Parmenides, Socrate autem sene virilem Plato agebat etatem. ‚De ideis‘ vero inscripsit, non quod aperte totus liber de ideis esse videatur, sed quia mea quidem sententia, cum de uno maxime agatur, de idea unius agi ambigendum non est.

10 Est autem liber sic et altitudine rerum profundus et argumentorum crebritate refertus, ut facile hinc Platonis ingenium et nature acumen et disserendi ad utramque partem mirabilis facultas eluceat. Brevitas quoque dicendi tanta, ut nihil brevius dici possit; quo fit, ut etiam in ornatu verborum longo intervallo a ceteris Platonis operibus relinquatur, quod natura ipsarum rerum fieri necessario dixerim. Verborum enim ornatus et compositionis pompa nisi latius confluat et quasi luctator nudos in arena lacertos
15 ostendet iactetque, omnem gravitatem suam infringit. Hinc fit, ut retrusas res atque abditas, quantum ornatus dicere coneris, tantum minus explices, communiores contra, nisi ornate dicas, ne dicere quidem videaris.

Illud etiam non pretermittam, quod, sicut in ceteris pene omnibus, ita hic quoque Plato nihil decedit, sed cum more suo multa in utranque partem afferat; quid tenendum sit, non determinat. Quod ille
20 faciebat vel modestia, ne determinando de aliquo impudens forsitan videretur, vel ne ullo pacto reprehendi posset, vel ut auditorum ingenia excitaret, quod eis disputandi viam planiorem relinqueret, vel quia Socratem sequebatur, qui fertur solitus dicere fuisse illud solum se scire, quod nihil sciret.

Hunc autem librum de rebus altissimis tibi potissimum dedicavi, qui et philosophorum et theologorum ita facile principatum tenes, ut non solum multa videris, legeris, docueris, verum etiam ipse conscripseris
25 atque pepereris. Accedit, quod antiquitas Platonica eo tibi commendatior sit, quanto mirabiliores, qui philosophari ceperunt, videntur quam qui posterius effulserunt. Nec id iniuria; siquidem Aristoteles etiam invenire difficillimum, inventis vero addere facillimum ducit.⁶⁾

Preterea non minus equitate, iustitia, humanitate quam doctrina pollere te perspicuum est. Quis enim nescit: non forte aut casu, sed sanctimonia vite et laboribus, quos pro ecclesia subiisti cum in Basiliensi
30 concilio tum maxime orator ad Ioannem Constantinopolitanum Imperatorem pro ecclesie unione missus⁷⁾, ad cardinalatus dignitatem merito ascendisti? Quis ignorat tua providentia precipue factum, ut universa orientalis ecclesia congregata Italiam ad pontificem Eugenium venerit?⁸⁾ Partim ergo doctrina prudentiaque tua me impulit, ut acutissimum atque in nature secretis reconditum Platonis opus mihi

4 altera¹⁾: em. alter.

tractum ad te mitterem⁹⁾; partim etiam humanitas tua hortata est, ne iudicium tuum de tanta re temere fortassis a me suscepta reformidem.

35

Accipias igitur Parmenidem latinum tandem factum et tuo nomini dedicatum, et pro humanitate tua et legas et edas, ut tuo etiam nomine atque auctoritate adiutus et mordentium linguas effugiat et letior in posteritatem atque securior transvolet.

1) Der Terminus post quem ergibt sich aus dem Legatentitel in Z. 1. Während Klibansky, *Plato's Parmenides 13f.*, die Übersetzung daraufhin auf Ende 1450/Anfang 1451 datierte, bezog Monfasani, *George of Trebizond 167*, den Titel auf die Funktion des Legatus urbis 1459. Zur Begründung führt Monfasani u.a. aus, dass Cusanus die neue Parmenides-Übersetzung in seinem 1458 entstandenen Traktat *De beryllo* noch nicht benutzte. Das spätere Datum ist daher vorzuziehen. So auch Bormann, *Randnoten 331*. Terminus ante quem ist die Abreise des NvK nach Mantua am 22. September 1459 (s.u. Nr. 6015), wo Cusanus den Codex Kard. Bessarion zeigte und Gelegenheit zum Hinzufügen eigener Anmerkungen gab. Bessarion zitierte die Praefatio in seinem Werk *In calumniatores Platonis* (IV 16); zjt. Mobler, *Bessarion II 627 Z. 13-18*. Vgl. Monfasani, *Byzantines and the Greek Language 220, 222*; Ruocco, *Platone latino 9f*. Kurz vor der Abreise des NvK wohnte Georg von Trapezunt für einige Tage zusammen mit NvK im apostolischen Palast; s.u. Nr. 6015.

2) Zu ihm s.o. AC II 7, 2063 s.v.; Kraus, *Sekretäre 30*; Partner, *Pope's men 253, 276 s.v.*

3) Der Text der Übersetzung befindet sich auf f. 64^r-86^v. Es handelt sich um das einzige bekannte Exemplar. Es enthält zahlreiche Randnotizen von der Hand des NvK und Kard. Bessarions; s. Bormann, *Randnoten*; Monfasani, *Byzantines and the Greek Language 221-248*. Zur Hs. auch G. Funaioli, *Index codicum latinorum qui Volaterris in bybliotheca Guarnacciana adservantur*, in: *Studi italiani di filologia classica 18* (1910) 77-169, hier 121f.; Kristeller, *Iter Italicum II 309*; G. Fiaccadori, *Bessarione e l'Umanesimo. Catalogo della mostra (Saggi e ricerche. Istituto Italiano per gli Studi Filosofici 1)*, Neapel 1994, 463; Ruocco, *Platone latino 14-20*.

4) Zum Untertitel *de ideis* s. Monfasani, *Collectanea Trapezuntiana 748*.

5) Der Vorsokratiker Parmenides (ca. 520-455 v.Chr.) lehrte in Elea (Süditalien). Seine Lehre vom Sein beeinflusste Platon wesentlich.

6) 1. *Soph. El. 34, 183b, 15-34, bes. 23-26*.

7) Zur Konstantinopel-Mission s.o. Nr. 293-330. Vgl. zuletzt Halff, *Pope's Agents 96-101*.

8) Auf dem Konzil von Ferrara-Florenz-Rom 1437-1445.

9) Giovanni Andrea Bussi erklärte 1469 in seiner Vorrede zur Edition des Apuleius, dass NvK die Parmenides-Übersetzung angeregt habe; *Lucius Apuleius Madaurensis Opera*, ed. Giovanni Andrea Bussi, Rom: *In domo Petri de Maximis (Conradus Sweynheym und Arnoldus Pannartz) 1469 (ISTC ia00934000)*, f. 5^r: *Parmenidem Platonis magna veluti ardens siti de Greco in Latinum fecit converti*; Druck auch bei Miglio, *Prefazioni 18*. Vgl. Monfasani, *George of Trebizond 167*; ders., *Byzantines and the Greek Language 221*.